

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 11. De recitatione horarum canonicarum tanquam Dei laude  
præscripta ab Ecclesia, & peculiariter de eiusdem præscripti obligatione,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

- Quod atinet ad peccata auditorum, seu quæ solent committere ij qui concionem audiuntur: Primum consilit in omissione: qua quis omittit audire concionem, quando comode potest, ipseque ea indiget, vt maxime solent rudes, ignorantes mysteria nostra fidei. Cuiusmodi necessitas facit frequenter, vt peccatum mortale committant non audiendo cum contra charitatem omittant in gratia necessitate, subuenire anima sua.
- Secundum peccatum est, cum quis adit, & audit concionem, vel ex vanitate, vel ex curiositate, vt noret defectus concionatoris, vel ob alium peiorum finem, verbi gratia, vt mulieres a spicula, vel vt concionatorem irrideat. Hoc peccatum quantum sit, indicatur ex illius fine.
- Tertium peccatum est, quando quis dum concio fit, non attendit, sed voluntarie distractitur: præsertim cum concionator reprehendit aliquod vitium, à quo non vult se emendare: aut hortatur ad aliquod bonum, cui non vult vacare. Huc spectant confabulationes, risus, & cetera, quibus nō solum sibi quis est non attendendo, sed etiam aliis, qui impediuntur ab audiendo. De huius vero peccati quantitate vñdudetur, ponderandæ sunt facti circumstantiae.
- Vñctum peccatum est contemnere, nec dare operam, vt fructus aliquis ex concione referatur: qui enim ita a deo cognitione, vt nihil fructus inde proferat, cum salti perdat tempus, non vacat culpa saltem veniali.
- Ceterum ad audiendum fructuose verbi Dei prædicacionem, quadam præcedere eam, quadam comitari, & quadam subsequi oportet. Igitur antequam ad eam accedatur, confitit vacasse aliqui exercitio spirituali, per quod anima disponatur ad excipienda cum dilatatione cordis, diuinis verbis fluentiæ: nempe oratione vacasse, aut confessio nem fecisse, vel Eucharistiam sumptis. Conferit item excitatio quasi famam ac fidem diuinis verbis, tanquam cibi & potus ad animæ refractionem accommodatissimi. Itemque concepit propostum emendandi vitam, corrigendo se de suis defectibus, & studiendo proficere in virtutibus ad quæ iuuandis est concionum auditione.
- Dum vero concio ipsa auditur, procuranda est reverentia, non tantum interior recognoscendo in prædicatore loquenter Deum: sed etiam exterior cum debita corporis compositione, habédo oculos demissos nec vagantes circumspicendo. Procuranda est secunda deuotio, qua concio auditur, cum pio in Deum affectu: non autem ea ratione, qua ad oblectationem, aliquid prophani audiremus. Procuranda est quoque attentione, curandum ve ne distrahanur voluntate, garriamus, &c. Curandum est item ut quæ dicta sunt in concione applicemus nobis in particulari: præsertim si inueniantur ad nos pertinere ratione nostri status, aut alias nobis necessaria videantur: memores nos non interesse tanquam iudices sed tanquam discipulos.
- Denique post auditam concionem oportet se coram Deo ruminare que audierimus, præsertim ea quæ ad uertimus esse nobis valde necessaria, tanquam pertinentia ad salutem nostram, & eadem sedulo notare: atq; si occasio detur illa referre alii, tanquam auditæ in concione. Id quod conferet nobis ad illa ipsa memorie inculcanda. Et deum oportet petere à Deo vires implendi ea quæ audiuerimus, ac cum primum offeratur commoditas, sed ad illa impleenda applicare.

## C A P V T X I.

*De recitatione horarum canonistarum, tanquam Dei laude prescripta ab Ecclesia: & peculiariter de eiusdem prescripti obligatione.*

## S V M M A R I V M.

- 134 Tractantes de horis canonicis: & que de eorum recitatione, conuenienter nostro instituto, nos tractare oporteat.
- 135 Qui obligantur ad eam: & primo, de iis qui obligantur ratione sacri ordinis.
- 136 Euifmodi obligatio Diaconis & Subdiaconis imposta est tanquam per receptam, rationabiliter, prescriptam in Ecclesia conuentudinem.

- 137 De Religiosis professis, qui ad recitationem horarum canonistarum tenentur.
- 138 Ad quid teneantur Conuersi & Noviti in religiosis additæ choro.
- 139 Vnde sit Religiosorum professorum obligatio recitandi horas canonicas.
- 140 Communis a de re sententia, quod sit ex generali Ecclesiæ confuetudine.
- 141 Triangularia inde illata.
- 142 Omissio recitationis horarum canonistarum, peccatum est suo generi mortale.
- 143 Quæ earundem horarum pars censetur a notabilis, ut ille omisso sufficiat ad peccatum mortale.
- 144 Refutantur aliquot aliorum dicta.
- 145 Quid videtur tenendum.
- 146 Non modo recitatio horarum canonistarum, sed etiam modus recitandi est in precepto: & quæ.

**H** O R A canonica vocantur ea præces, quæ ex praescripto Ecclesiasticorum canonum, certis horis in Ecclesia recitantur. De illis autem in ure canonico agitur dist. 91. & 92. itemq; in art. de celebrationi Missarum. De istis post Summularios in verbo Hora: ac Sotum in lib. 10. de iust. & iure, & Nauar. in Enchir. cap. 25. n. 96. & aliquot seqq; ac laudissime in tract. de oratione, tractatur a pluribus recentioribus: in er quos in nostris sunt Gregor. à Valent. 2.2 dñp. 6. quælibet 2. punc. 10. Ioan. Azorius in 1. part. Insti. Mo. al. lib. 10. L. onard. Lessius De iust. & iure lib. 2. cap. 37. & nouissime Franciscus Suarez de religione tract. 4. lib. 4. Tantum autem immorabitur in iis quæ faciunt ad iudicium de peccatis nobis propositum: ut sunt primo, obligatio ad talem recitationem, secundo, conditions requitæ, ut ea censetur debite mandata executioni: & tertio, causa ob quas contingit execratio ab eadem. Atque de obligatione dicemus in hoc cap. dicturi de reliquis in duobus sequentibus.

*De obligatione recitandi horas canonicas: ac primo, initiatorum sacris ordinibus.*

## S E C T I O I.

**E**X communis Doctorum consensu teste Nauarro in memoratu tractatu de oratione cap. 7. num. 1. tria tantum genera hominum tenentur ad recitationem horarum canonistarum, communis Ecclesiæ sive precepto sive conuentudine: nempe Clerici initiati maioribus ordinibus, Religiosi professi religionem in qua sunt addicti choro, & beneficiarij.

De primis, qui sunt Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, nota Nauar. in sequenti num. 2. & plenius tractat Suarez in citato lib. 4. cap. 16. non datur in ure canonico textus expressus, per quem eiusmodi obligatio confirmetur, quoad diaconos & subdiaconi. Tres enim canones citari solent pro tali obligatione, ex quibus nihil de ea quoad diaconos & subdiaconos certo colligitur. Primus est, canon Presbyter, De celebrationi Missarum: ubi dicitur: Presbyter mane matutinali officio explero, pensum seruituris sue, videlicet primam, tertiam, sextam, nonam, vesperaque periolat. Quibus verbis nihil exprimitur de Diacono & Subdiacono: sed solum de Presbytero. Cui quatenus per eundem canonem censoria sit imposita obligatio recitandi horas canonicas: explicat Suarez in cod. cap. 16. num. 9. Secundus est, canon Si quis Presbyter, dist. 92. in quo sit quidem mentio diaconi & subdiaconi, non tam de obligatis ad recitationem horarum canonistarum ratione suscepit ordinis: sed vt deputatis aliqui Ecclesiæ: seu vt habentibus beneficia in aliqua Ecclesia. Nam illi pariter firmantur aliorum clericorum, quos constat non omnes ratione susceptionis minorum ordinum obligari ad eam recitationem. De quo pluribus Suarez tractat quidem in cit. cap. 16. num. 10. & nonnullis sequentibus; sed nobis sufficit id latius constare ex recepta Ecclesiæ conuentudine.

Tertius est, canon Dolentes, De celebrationi Missarum: in quo Praelatis & minoribus Clericis præcipitur in virtute sanctæ obedientie, vt diuinum officium, nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiose celebrent, pariter & deuote.

Sed quia nomine Clericorum minorum, non minus intelligi possunt initiati minoribus ordinibus, quam ceteri, prout inferiores sunt Praetatis (cum quibus tanquam maioribus ibi comparantur) non est censendum tale preceptum esse de recitandis horis canonicas: alioqui enim quilibet Clerici ad eam recitationem tenerentur, eius convarium patet ex recepta consuetudine: sed taenitum est: de modo recitandi, impositum his qui aliunde tenentur recitare: ut Praetatis, & ex eis qui subsunt ipsiis; tum Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi, ratione ordinis; tum Clerici reliqui si beneficium Ecclesiasticum habeant.

136.

**Q**uia cum ita sint, tenendum est, quod Suarez in memoria num. 9. tenet cum Nauarro & Azorio, sequiturq; Leonardus Lessius in citata dubit. 9. Diaconi & Subdiaconi obligationem recitandi horas canonicas ratio: e sacri ordinis, proueniare ex antiqua & generali Ecclesiastica consuetudine; que cum sit rationabilis & legitime prescripta, vim legis habeat iuxta cap. finale De consuetudine in fine. Rationabilis autem ex eo est, quod Clerici per maiorum ordinum suscepitionem acquirant in Ecclesia statu, a quo resiliere nequeat: qui status cum ad cultum Domini laudesque ipsius celebrandas institutus fit, nec ratione contraria fuit, ut in talibus laudibus servetur in incertum merito obscurato obtinuit, ut eis determinarentur contenta horis canonicas. Legitime vero prescriptam est: talem consuetudinem negari non potest: cum non modo animis, sed & seculis multis, atque adeo ab Apostolorum temporibus tanquam pia, sanctaque in Ecclesia vigeat: ut bene familiariterque ostensum aduersus haereticos huius temporis: videri potest apud Leonardum Lessium in tract. dubit. 8. in quo nos haerere, necessarium non est ad nostrum institutum.

**Ex obligatione Religiosorum professorum.****SECTIO II.**

137.

**E**x vi religiosae professionis, non sequi obligationem descendendi horas canonicas, patet ex eo, quod professor ipsa religiosa or dinarie obliget tantum ad tria vota paupertatis, castitatis, & obedientiae, secunda secundum regulam: fierique possit ut de recitatione horarum canonistarum nihil contingatur in regula: ut patet ex iis religionibus quae non sunt deputatae ad chorum, sed instituta praeceps ad corporalia misericordia opera exercenda in hospitalibus: vel ad militiam aduersus infideles, vel ad alias actiones spirituales, ut ad contemplationem rerum diuinarum, & bonarum literarum studiorum, pro institutione rurum ad Dei gloriam. Patet item ex eo quod in religionib. ad chorum deputatis, qui laici seu conuersi dicuntur, etiam si professionem solemnem faciant, vere, sint Religiosi, non teneantur ad ipsum recitationem horarum canonistarum, prout omnes fateri habet Suarez in seq. cap. 17. num. 2.

138.

Addens contra Paludanum, & quosdam alios, quos ipse refert: tales neque ex iure communi, neque ex viuerali consuetudine Ecclesia, teneri ad recitandum aliquid loco illustrum: sed solum ex regula prescripto, seu quia regula sua religionis iungit: quam effe communem sententiam, aliquot in eam citat: idem habet.

139.

Quod autem idem Paludanus contra communem aliquorum sententiam sen: it non tantum professos, sed etiam novitios earundem religionum choro addictarum, teneri fieri professos ad recitationem de qua agimus, Suarez ipse in codem num. 12. adhuc reficit: eo quod non sint religiosi reuebra: sed tantum in via ad professionem, per q. Religiosi sunt reuebra: sufficiunt; ut voluntarie se subiiciant ordini, & sub disciplina religiosa vitam agant, sequendo directionem Superiorum suorum.

Porro difficultas est, unde sit obligatio praedicta religiosorum professorum, si non sequatur, ut diximus, ex vi professionis. Quam Suarez tractans in cit. cap. 17. duas refert aliorum sententias: viam nonnullorum, qui eam effe dixerant ex iure illo diuino naturali, quo Religiosi per suam professionem dicatis sunt ad Dei cultum. Alteram aliorum, qui putarunt esse naturali iustitia, in ordine ad populum Christianum, cuius elemosynis aut aliis donationibus aluntur. Priorem autem reficit, quia cum multis aliis modis, quam recitatione horarum canonistarum, possit Deo cultus exhiberi: ex eo solo cap. nequit recte inferri, obligationem illo-

rum determinate esse potius ad memoratam recitationem, quam ad alium alterius modi cultum Dei: praesertim cum Religiosus per professionem mancipans cultui Dei, non imponat sibi necessitatem determinate ad alias actiones cultus diuini, nisi ad eas quas expresse vobis aut quas regula, vel Praetatis districte prescriperit.

Postreroem vero reficit: tum quia Religiosi alimenta non suppeditantur a populo propter hanc determinate, vel aliam actionem vita religiosa: sed simpliciter ut vivant in talis perfectionis statu ad Dei gloriam. Adde nec suppeditari in stipendium recitationis horarum canonistarum: sic nimurum, ut Religiosi censendi sint ex quasi contractu ad illam obligari obligatione iustitia. Etenim ea suppeditantur aut per modum elemosynae aut absolute donationis: cui interdum quidem adduntur aliquae conditiones, seu pacta a liquidu agendi: sed non solent esse recitandi horas canonicas, nisi forte in choro nonnunquam, ad populi consolationem, & edificationem. Quod genus paci, cum nec sit commune omnibus religionibus ad dictis choro, nec attingat eos qui iusta de causa a choro abesse compelluntur, ea non potest censi ratio ad aquata obligationis, per quam doctores adstruant generaliter Religiosos professos choro mancipatos, teneri ad recitationem horarum canonistarum.

Communi autem sententia, in quam multos Suarez ipse citat in eodem cap. 17. num. 9. est, propositam Religiosorum obligationem fundari in viuerali consuetudine. De qua licet nonnulli dubitent, quos idem committit, tot tamen est testantur, ut temerarius sit ipsum negare: praesertim cum is de illa sensu sit & consensus virorum bonorum; vt Monachos vel Moniales contrauenientes damnent de peccatis non minus quam Diaconos & Subdiaconos, quos ante diximus obligari tantum ex consuetudine prescripta. Quia nimurum utraque aequiparatur precepto Presbyteris & beneficiariis imposito recitandi horas canonicas; vt ostendit vsus bonorum, existimantium ad debitum in suo (perinde ac in horum) statu implendum; pertinere eiusmodi recitationem tanquam eam, quam effe de numero talium debitorum, constet ex generali consuetudine, valde consentanea sua professione.

Ex qua sententia inferre licet primo: non esse quemquam ex Religiosis ad chorum deputatis, facile excusandum a privata recitatione horarum canonistarum; quando non recitant eas cum ceteris in choro: quia in eo aperitur ianua ad querendas occasiones quibus absint a choro: atque adeo omittendi omnino recitationem ipsam, ad quam generali Ecclesiastica prescripto obligantur sub mortali, prout in sequenti sectione docebitur.

Licet secundo inferre, non esse magis liberum Praetatis pro arbitrio cum suis subditis dispensare in tali obligatione, quam in aliis obligationibus communium praecitorum Ecclesiastica viatatem dare debeant si quid sit ipsis & cœsum præiuglio Sedis Apostolicae, vel si talis necessitas adsit, q. faciat ipsi potestatem dispensandi. Quam necessitatem debere refere non leuem, intelligitur ex eo, quod non es quidem quem necessitas compellit agriculturæ vacare, liberetur a tali sua obligatione, prout conflat ex cap. 1. De celebratione Missarum. Vnde mihi videtur parum tutu dispensatio, quam ratione studiorum nonnulli Superioris dans suis Religiosis professoris: quandoquidem recitatione horarum canonistarum non est talis, neque tantus studiorum obex, vt experientia constat, quin fructum non penitendum eas recitans possit reportare ex ipsis studiis, si eis sedulo incubuerit.

Tertio inferre licet: in speculatione quidem fatis clarum esse, sed in praxi difficultate non carere, quod Greg. a Valencia, in sup. cit. puncto 10. §. Qui teneantur recitare horas canonicas, sub finem, habet, religionem quam consuetudinem nunquam receperit, ad illius observationem minime obligari. Nisi enim talem non receptionem confiteri a Sede Apostolica approbatam esse, non derogabit eidem consuetudini: q. a cum iuxta praedicta, vim habeat iuris communis, solius Papæ est, tanquam summi Principis, dispensatione sua obligationem illius tollere. Quod ipsum fecisse, si ostendi nequeat, rationabile non est presumere, quod id fecerit: praesertim cum ius canonicum tali presumpto præiuglio, latissime resusat: dum in cap. Dolentes, De celebratione

Missarum

Missarum, tam minoribus, quam maioribus Clericis distri-  
cte praecepitur in virtute sanctæ obedientiæ, ut diuinum of-  
ficium studiose celebrent, pariter & deuote quantum Deus  
dederit. Resistit item ratio: cui consentaneum non est pluim  
religionis institutorem voluisse, vel propria authòritate, vel  
interposita autoritate Summi Pontificis, cōtrauenire cōm-  
muni Ecclesiæ cōsecudini in re graui, & maxime pertinen-  
te ad munus sua religionis, tanquam choro deputata. Quia  
doctrina si cui tanquam durior, non probetur, non habeo  
vnde illi satisfaciam: nisi dicendo amanti nihil esse difficile:  
paro; eis exultimare de Religioso, quod Christi amor ardeat,  
nec ita langueat in Dei obsequio, vt durum sit ei in ho-  
ris canonicas recitandis, sc̄e qui horam quotidie ponere.

Obligatio qua sup̄ eret beneficiorum, longiorem tra-  
culationem requirit, qua commodius instituetur cum in se-  
quenti lib. 30. tractauit de sacramento ordinis, subiicitur  
tractatus De Clericis, in quo eorumdem obligationes erunt  
persequenda.

*De peccato quod committitur non implendo obligationem  
recitandi horas canonicas.*

### S E C T I O III.

142.

Conuenit inter Doctores tale peccatum mortale esse ex  
suo genere, tanquam commissum contra præceptum  
datum de actu religiosis virtutis præstans, attinentijs;  
ad Dei cultum, atque conferentis ad Ecclesiæ utilitatem, nō  
fecusas dicere vel audire Missam diebus feliſ: iuxta præcep-  
tum quod exponetur in seq. libro. Ade quod ex cap. Cle-  
ricus vii. cunct. 91. tale peccatum sit dignum excom-  
municatione: qua imponitur tanquam ob mortale ex cap.  
Nemo Episcoporum, ii. quaſt. 3. Vbi aduerte obiter nihil  
referre in hac re ex quo titulo trium memoratorum (*saci-  
iniquam ordinis profectio religiosa, aut beneficī Ecclesiastici*)  
proueniat obligatio recitandi horas canonicas. Nam ex quo-  
cūmque proueniat, similiter est sub mortali. Sic tamen vt si  
quis ex pluribus talib. titulis obligetur, grauius peccet illius  
transgressione, quam ille qui paucioribus. Etenim cum tituli  
ipsi augeant obligationem, aggrauant consequenter  
illius violationem: sicut initiatuſ facris ordinibus, & be-  
neficiatus omittendo horarum canoniarum recitationem,  
peccat grauius quam simplex Clericus beneficiatus; & Sa-  
cerdos religionem professus, quam simplex Sacerdos secula-  
ris: similiiter habens plura beneficia, quam habens tan-  
tum vnum.

Conuenit quoq; inter Doctores, omittendo notabilem  
partem horarum canoniarum vnius diei, nisi ignoratiæ aut  
alijs iusta causa excusat, iuxta post dicenda in 13. cap. mortale  
committi. Quod probatur à pari de Missa, quam non  
modo totam, sed etiam partem ipsius notabilem omittere  
voluntarie, peccatum censetur mortale: eo quod officia  
diuina notabilis ex parte relinquere imperfæta, magnam  
habet turpiditudinem; adeoque irreuerentiam diuinæ ma-  
iestatis non modicam, argumento cap. Illud, & cap. Nihil,  
7. quaſt. 1.

143.

Dissentient autem ipsi Doctores in definiendo, qua horarum  
canoniarum pars censeri debeat ita notabilis, vt il-  
lius omissione ad mortale sufficiat. Namque Nauar. in tract.  
de oratione cap. 10. num. 44. iudicat, tunc partem censem  
dam talem, quando ad aquauerit tertiam partē vnius ex mi-  
noribus horis; hoc est, vel primæ, vel tertia, vel sextæ, vel no-  
nae: cuius tertiae partis exemplum assignat, vnius talis hora  
initium vñque ad finem fere primi Psalimi. Imo aliquid min-  
us posse ad eam sufficere ipso significat in Enchir. cap. 25.  
num. 98. his verbis. Dixi partem notabilem; quia omittere  
parvam, puta vnam dictiōnem, aut partem versus, etiam si  
ne voluntate repetendi, non est plus quam veniale: modo ne  
ob contemptum aut cum notabili scandalo omittatur. Hæc  
ille. Sylvestris vero in verbo Hora, quaſt. 12. sub finem, vide-  
tur existimare vnius horæ omissionem requiri ad commit-  
tendum in hac re peccatum mortale. Videri præterea po-  
test, iuxta Rofflam in verbo Horæ canonicae, num. 3. sub  
finem; totius officij vnius diei omissionem requiri, ad con-  
stituendum in hac re peccatum mortale. Nec defuit qui puta-  
ritalem omissionem non esse peccatum mortale, nisi ea fieri  
ret ex contemptu, vel ex fastidio rerum diuinarum, vel ex

confuetudine. Sic enim tentiſe Richardum quendam An-  
glicum refert Angelus in verbo Hora, quaſt. 10. nec ipſe o-  
mnino improbat, licet censeat esse tutius tenere cum aliis,  
quod omisſio diuinij officij ex sola negligentiā, sufficiat ad  
peccatum mortale.

Ceterum illud quod Nauar. insinuat, videtur nimis rigi-  
dum: quandoquidem ex D. Thome 2.2. quaſt. 147. art. 3. ad  
2. transgressio precepti Ecclesiastici, quod per modum com-  
muniſtatiū proponitur, non est mortalis, nisi fiat ex con-  
temptu, quo nolit quis eidem statuto subiici: aut nisi illa ipſa  
transgressio fiat, vt finis precepti contra quod ea fieri, im-  
pediat ac veluti repudietur. Iam vero quod quis vnum aut  
alterum versum, aut etiam aliquanto plures omittat ex ne-  
gligentiā, non est eo ipso censendus, vel habere contemptui  
præceptum recitandi horas canonicas, vel illud ipsum fraude-  
re fine suo reddendi Deo debitas laudes pro populo. Ac-  
cedit quod scopus legis Ecclesiastica sit animas suauis modo  
ad Christum ducere; non autem illaqueare eas nimia præ-  
ceptorum auferitatem.

Ex reliquo autem insinuat; illud solum quod positum  
est secundo loco video potest habere aliquid probabilitatis.  
Nam quod quartmodo retulimus, ex dictis aperte con-  
stat fallum esse. Illud vero quod proposimus tertio loco,  
nempe totius vnius diei, omissionem horarum ad mortale  
requiri, ex eo reficitur; quod omnes septem hora quotidie  
recitari, nominatio recipiuntur in cap. De celebratione  
Missarum; atque talis præceptum sit sub mortali, iuxta cap.  
Dolente, eodem titulo. Vnde sequitur omissionem cuiusq;  
earum sufficeret ad peccatum mortale. Quam esse omnium  
sententiam Suarez dicens in tract. de relig. lib. 4. cap. 25. num.  
15. additrationem, quod talis omissione sit notabilis deformi-  
tas, & mutilatio officij diuinij, contingens in tali parte qua  
sufficeret ad mortale, si sola sub eo reatu præcipereatur: qua-  
les sunt sine dubio singula eadem hora, qua simul quidem,  
& tanquam partes eiusdem totius præcipiuntur; sed perinde  
ac si sc̄orū vnaqueque præcipereatur. Quinno ei quod  
secundo loco propositum est, ad mortale requiri minus integræ  
horæ omissionem, obstat quod vna deur, qua complectitur  
Matutinum & Laudes, vt licet deducere ex cap. I. De celebratio-  
ne Missarum, non sit rationi consentaneum illud, quod inde  
consequens est: mortale esse, refutat v.g. omittere: non au-  
tem omittere laudes, vel vnum ex tribus matutini nocturnis;  
cum non minor diminutio diuinij officij, mutilatioque sit  
his omissionibus quam illa.

In re autem adeo incerta, libenter amplector doctrinam  
quam Suarez habet in seq. num. 16. post Sylvestrum & Ro-  
fflam locis ante memoratis, & Nauarrum citantem alios in  
tract. de orat. cap. 7. nū. 6. Nimirum præceptum de recita-  
tionis quotidie horis canonicas vnum esse, habens pro obiecto  
totum quoddam ex eisdem horis septem canonicis integratum.  
Pro quo facit, quod pars officij diuinij omisſa, possit co-  
dem die dici, ad vitrandam præcepti transgressionem: non  
item sequenti die. Causa enim est, quod diuersorum dierum  
horæ non coadveniant in vnum numero obiectum eiusdem  
præcepti, sed ad numerο diuersum spēder. Coalescent autem  
horæ vnius diei vnde sit, vt transgressio præcepti, cui illæ ob-  
iiciuntur, sit vnum tantummodo peccatum: habens nihil  
minus latitudinem, secundum illius obiecti sui latitudinem;  
adeo vt peccet eo grauius, quo plures eiusdem obiecti  
partes omiserint recitare.

Atque peccat mortaliter, nisi ventum sit ad partem, cu-  
ius parvitas excusat a mortali grauitate. In quo diiudicando  
non est tam penitendum quanto sit officij diuinij pars qua omis-  
titur, tertiane, an quartæ, vel alia: quam aut tanta sit illius  
suum quantitas, siue etiam dignitas: vt eius omisſio de se, offi-  
cio diuinum illius diei adferat deformitatem notabilem, pru-  
denter astimatione, circumstantiis in speciis ac ponderatis.  
Et licet pars ea nequeat assimilari parva, qua quantitatē  
æquat vnius horæ minimæ ex canonicas: quid tamen ea min-  
imus possit ipsi diuinum officio, deformitatem notabilem ad-  
ferre, per recte rationis dictamen conicere licet. Atque  
ita Suarez in fine illius num. 16. vult partem æqualem dimi-  
nio talis horæ, posse materialē esse peccati mortalis. In quo  
eum vt eruditum & diligenter, sicut in pluris que aliis, li-  
bens sequor.

Porro

144.

145.

146.

Porro Ecclesiasticum præceptum est, non tantum de recitandis horis canoniciis, sed etiam de modo eas recitandi, in cap. Dolentes, De celebratione Missarum, in quo districte præcipitur in virtute obedientia, ut diuinum officium, nocturnum pariter & diuinum, quantum Deus dederit, studiose celebretur pariter & deo e. Aduerbia enim, studiose & devote, modum declarant, vt de e patet. Ac prout ibidem gloriosa tangit: studiose, pertinet ad officium oris, quo debent horæ canonicae pronunciari voce articulata (ex Clemen. 1. De celebrazione Missarum & ex Extrahag. prima, De vita & honestate Clericorum) id est, ita ut recitans scipio intelligat, & alter cum quo recitat, intelligatur ab illo: itaque vicissim ipse illum recitatem intelligat. Quia de causa iuxta Nauarrum in Enchir. cap. 25. num. 99. peccat contra tale præceptum, qui cum balbutientibus, aut versus notabiliter anticipantibus dicunt horas, nisi animum habeant eadem repetendi. Et ratio est, quod non intelligant id quod ab illis dicitur. Deo vero, pertinet ad officium cordis, seu interioris dispositionis animæ, qua sit attenta diuina officia, habeatve mentem praesentem ad id quod lingua foris sonat.

## C A P. XII.

## De requisitis ad debitam recitationem horarum canonistarum.

S V M M A R I V M.

- 147 De difficultate, An interior attentio in recitatione horarum canonistarum precipitat ab Ecclesia.  
 148 Rationes cui pars affirmans videatur tenenda.  
 149 Obligatio iterandi recitationem horarum canonistarum, si ea fuerit sine interiori attentione.  
 150 Quid non teneatur qui ad iterationem horarum canonistarum, si eas recitari animo orandi, & cum debita devotione, etiam si non recitauerit animo satisfaciendi suo debito: dummodo voluntate mutata velit eam recitationem factam esse ad satisfaciendum eadem debito.  
 151 Attentio necessaria in recitatione horarum canonistarum que sit.  
 152 Triplices distinguuntur.  
 153 Attentio ad sensum verborum non est quidem necessaria: procuranda tamen est ab eo, qui est illius capax, & ab aliis supplenda per piam meditationem.  
 154 Duo requisita ad attentionem in recitatione horarum canonistarum necessaria, ut satisfiat principio imponenti il lam.  
 155 Quando euagatio animi in recitandis horis canoniciis sit peccatum mortale.  
 156 Obligatio recitandi horas canonicas, est sub peccato mortali, quod vni. um committitur illarum omnium omissione, & quantum.  
 157 Peccatum eius qui proponit non recitare, aut recitat dormitans.  
 158 Derecitione que sit alternativum, documentum cum explicacione aliquot dubiorum.  
 159 Explicatio dubij, An ut horas canonicas sic & alias preces obligatorias licet recitare alternativum.  
 160 De iis qui balbutiendos, & sincopando horas canonicas recitanti, deque iis qui intra ipsum recitationem funguntur officio auocante ab illa.  
 161 De recitatione parvi officij B. Virginis, officij defunctorum, psalmorum gradus, & penitentialium.  
 162 Continuatio rei ipsa ad debitam recitationem horarum canonistarum: & iusta de causa fieri possit illius interrupcio, sine obligatione ad iterationem.  
 163 Is qui officium interrumpit cum proposito repetendi, quando teneatur repete.  
 164 Deo, quod distincte hora canonica non debeant immediate continuari: & an laudes ab officio nocturno, & huic partes possent diuisim recitari.  
 165 Decades Rosarij B. Virginis possunt ad modum horarum canonistarum diuisim recitari.  
 166 Ordo requisitus ad debitam recitationem horarum canonistarum, & quatenus peccetur non seruando eum.  
 167 Difficultas de eodem ordine respectu Missæ.

168 De Breuiario ex quo recitanda sunt horæ canonicae ut satisfiat præcepto.

169 Ex quo debeant Religiosi recitare, &amp; ex quo beneficiarii: &amp; quid de iis qui beneficia habent in diversis diaconis, vel sunt extra locum in quo habent beneficium.

170 An satisfiat præcepto, recitando quidem ex alieno Breuiario, sed approbat: quidque in eare dispensatio Papa operatur.

171 Quid posset in eadem re Episcopus: ac de peccato quod committitur mutatione Breuiarii in recitandis horis canonice.

172 De peccato quod communiter dicendo officium vnius diei pro officio alterius dici, quatenus sit vel non sit mortale.

173 De potestate rendi novo Breuiario Romano, facta per Bullam Pii V. eidem Breuiario prefixam.

174 Ad satisfaciendum præcepto Ecclesie, debent horæ canonicae voces præferriri: ita ut recitans audiatur, si non ab aliis, saltet a seipso, &amp; ab alio cum quo recitat.

175 An satisfiat qui presentes dum cantatur in choro, ipse recitat summissa voce.

176 Recitatio in publica horarum canonistarum fieri debet in Ecclesia, nec licet adductis choro, absente ab ea, sine iusta causa.

177 Quatenus peccent per talam absentiam, &amp; priuentur distributionibus.

178 De loco requisito ad recitationem factam priuatim.

179 De tempore requisito ad debitam recitationem horarum canonistarum: atq. quale peccatum committatur non servando illud: &amp; de iusta causa excusante ab eo.

180 De eo quod non satisfiat præcepto Ecclesie recitando horas canonicas pridie aut postridie illius diei quo sunt recitande, deque consuetudine quam in eadem recitatione sequitur respectu temporis.

**S**EPTEM. requiruntur ad debitam recitationem horarum canonistarum: attentio, integritas, continuatio, ordo, qualitas, locus, & tempus accommodatum: de quibus sigillatim dicendum.

## De attentione requisita.

## SECTIO I.

DE hac D. Thomas & iplus interpretis 2. 2. quæst. 8. ar. 13. Sotus in lib. 10. De iusta & iuri, quæst. 5. art. 5. Nuar. in Enchir. cap. 25. num. 105. 106. 107. & late in tract. de oratione, cap. 13. ac passim recentiores: & inter eos ex nostris Greg. à Valent. 2. 2. disput. 6. quæst. 2. puncto 10. §. Circa quartum, Azor in tract. Inflit. Moral. lib. 10. cap. 12. Lessius, De iustitia & iure lib. 2. cap. 37. dubit. 11. & plenius Suarez in tract. 4. De relig. tum lib. 3. cap. 4. & 5. tum lib. 4. cap. 26. ad illius que intelligentiam faciunt dicta à nobis in lib. 4. cap. 10. fct. 5.

Versutur autem in controversia, An per præceptum devote celebrandi officium diuinum, in antem orato cap. Dolentes datum, obligatio imponatur tam ad attentionem interiorum, quam ad exteriorum, habendam in recitatione horarum canonistarum. Aliqui enim existimant ad solum exteriorum habendam, obligationem imponi: adeo ut non peccet quis mortaliter, nec teneatur recitata repete, si integrè pronunciet omnia, neque exteriorus occupet se rebus iis, cum quibus interna attentione nequit consistere: quantumcumque interiorus sponte distrahatur, diuageturque mentis.

Alij vero putant imponitam interiorum, quam exteriorum attentionem: & ideo si qui recitet, si sponte interioris occupando alienis cogitationibus, et exterius omnia pronunciet, ipsum & mortaliter peccare transgressione memorati præcepti, & rigorosi, & dati in re graui: & teneat repetere, tanquam eum qui non satisfecit obligationi sibi imposita. Vtrosque referunt locis citatis Azor quæst. 6. Lessius num. 63. & 64. & Suarez cap. 26. num. 2. & 3. posteriorumque sententiam sequuntur.

Et merito: quia deuotio est actus internum, requirens interiorum attentionem ad diuinam. Quare Ecclesia præcipoendo officium diuinum celebrari devote, non inungit solam deuotionem externam, positam in eo ut quis gerat se exterius in motu

147.

148.